



Hic est satis difficultati jure Canonico succursum, & pro prioris partis satisfactione, illam esse attendendam Abbatis distinctionem, Ecclesiam dirutam, collapsam, & ruinofam debere reparari, ac reedificari ex redditibus suae fabricae; & si non habeat fabricam, seu minus sufficientem, quod clerici illius Ecclesiae contribuant, ex eo quod eis supererit (deducto necessario,) etsi nihil superfit eis, vel quod superfit, non sufficiat, ad dictam reedificationem debent ultimò compelli Parochiani ejusdem Ecclesiae; ut contribuant ratione sacramentorum, quae in ea recipiunt, sibi que ministrantur; & divinorum Officiorum, quae ibi audiunt, quibus non poterant renuntiare dicentes, se ab hinc nolle uti dicta Ecclesia, quam opinionem ac distinctionem Abb. sequitur ut veram Greg. Lopez in l. 1. tit. 10. §. 1. gl. sacando onde. Francisc. de Ripa i. secundo responso, de Ecclesiis adific. n. 1. 2. & 7. fol. 33. peregrinam vocat ad propositum text. in c. de his, de Eccl. edificand. ubi Abb. n. 2. Paul de Citad. tract. de jur. par. 5. art. 1. rine. versio. secundo intelligo sub n. 173. Beronius conf. 3. n. 32. Ripa confil. 68. n. 3. Capella. Tholo. dec. 499. optimè Joan. Hier. Campan. divers. jur. cano. rubr. 12. c. 13. sub n. 19. fol. 725. ubi quod cleri beneficiati non tenentur nisi excessu suae legitima congrua.

Ad quam ut certam reducendam esse gloss. in c. equatur. 12. q. 2. in si dicentem laicos non esse compellendos ad reparationem fabricae, sed tantum clericos, & Hostiensium in sum. de Ecclesiis adific. n. 2. & 3. dicentem, clericos nisi de consuetudine, de jure tamen non teneri ad reparationem Ecclesiae, & opinatur Joan. Gutier. in alleg. 10. sub n. 2. ad si. & idem sequendo Abbatem dicit Zerola in praxi Episcop. 1. p. verbo visit. ad 6. d. h. 9. quod si ob inopiam Ecclesiae, & beneficiati non possit parochialis reparari: parochiani sunt compellendi, nec propter hoc possent usui Parochiae renuntiare.

Et de clerico beneficiato ut ad id teneatur, probat text. in c. de terminis 10. q. 1. ubi dicitur, & si qua forte haec fuerit reperta desituta, ordinario ejus reparari praecipitur, text. in c. fin. 16. q. 1. utrobique gloss. text. in c. de Ecclesiis adific. & c. de his, eod. tit. l. 1. tit. 10. p. 1. ubi dicitur: que la yglesia se ha de reparar por el Prelado y clerigos dellas; y no bastando la dicha renta, el beneficiado de la tal yglesia es obligado a gastar lo que faltare, segun la renta que ubiere, sacando lo que ubiere menester. Aviles in capitibus Praetorum c. 23. in gl. den. ord. n. 11. fol. 199. hanc etiam quaest. tangit Capola de servit. urba. tract. 10. §. c. n. 22. ubi nihil resolvit, sed tantum refert loca ordinaria.

Qui beneficiati non solum tenentur ad fabricam, sed etiam ad ornamenta, calices, pluvialia, & alia quaecumque paramenta; ea, non tantum sine quibus divina officia celebrari nequeunt, & illa quoque necessaria ad cultum divinum, secundum solemnitatem & varietatem dierum, scripsit Barbof. confil. 26. lib. 3. Petrus Surd. confil. 62. n. 5. Cavalea. dec. Fibizana. sub n. 24. p. 2. Joan. Hieron. Campan. divers. jur. cano. rubr. 12. c. 13. sub n. 19. fol. 725. & idem in dec. 84.

Et quod si Ecclesia Parochialis non habet fabricam, vel non sufficientem, beneficiati teneantur deducta congrua Episcopi, commendatarii, seu aliae personae interesse habentes in decimis, & redditibus Ecclesiae, quibus minimè sufficientibus Parochiani contribuant, comprobatur optimè Bobadilla in polit. lib. 2. c. 18. n. 135. & lib. 3. c. 5. Aufer. Capel. Tholos. dec. 120. Dec. confil. 118. n. 5. vers. 3. principaliter. Cavalea. dec. 22. n. 23. & 24. p. 2. Guigas confil. 117. Joannes Nicol. Delphitiae. de jur. par. lib. 2. ex n. 123. Sarmien. in defensio. de reddit. Ecclesiae. p. monito 41. n. 5. & videndus Navarr. in apologia contra ipsum ibidem qu. 1. monito 82. n. 8. & spalius, §. 1. n. 3. & §. 10. n. 7. vers. 4. Michael Tenoch. de visit. Eccl. lib. 2. in 6. Rebut. in responso. 135. per totum Petrus Cened. in collecta. ad decreta. c. 153. n. 1. & 2.

Imò hoc casu posse jussu Regis tanquam Concilii Tridentini executoris, & Regii ejus consilii capi, esse querari, aut pignori hae bona Ecclesiastica, sive decimas, ad hujusmodi Parochialis reparationem faciendam, affirmat Bobadilla d. lib. 2. c. 18. n. 15. ubi de praxi etiam testatur.

De laicis verò Parochianis, ut in subsidium teneantur ad hujus reparationis contributionem, ratio ultra dictam dicit, nam si clerici in opera publica, & pia, quae sunt communia omnibus, prout est refectio marorum, viarum, fontium, & pontium, tenentur ad contributionem per l. ad instructionem C. de sacros. Ecclesiis, l. 11. & 12. tit. 3. l. 1. nova recop. lib. 54. tit. 6. p. 1. & l. 20. tit. 3. p. 3. & utrobique Gregor. Lopez, Petrus Duenas in reg. 100. lim. 16. Didacus Perez in l. 5. tit. 3. l. 2. ordin. latissime Aviles ubi supra dec. 23. praxio. in gl. den. ord. per totam Mencha. lib. 1. controver. usufreq. c. 6. n. 4. ergo pariter, & à fortiori Parochiani laici tenentur contribuire in refectionem, quandoquidem est causa pia, publica, & omnibus communis, ac necessaria, quo argumento usus est Gutier. in allegat. 10. n. 2. cujus quidem licet consequentia verissima sit (ut superius diximus, & dicimus) Lambert. tract. de jure patro. art. 13. q. 2. princ. lib. 3. n. 8. Joan. Hieron. Campanil. divers. jur. cano. rubr. 12. n. 13. n. 18. qui loquuntur de Parochianis; ut contribuere teneantur pro oneribus Ecclesiae; scilicet si reconciliatione, aut reparatione indigeat: antequam tamen difficultatem patiatur, ut est videre ex his; quae Nicol. Garcia de benef. l. p. c. 3. & n. 11. ubi tamen, alios plures pro Gutier. sequendo refert Bobadilla in polit. l. 2. c. 18. n. 304. à qua contributione quando laici ad eam tenentur, omnes quidem indistinctè, nempe, tam nobiles, quam plebeii; cum ad eam teneantur obligatione Parochianorum, operis publici communis concernentis, quae omnium utilitatem, & necessitatem, ut per Averd. lib. 2. de exequen. mand. Regius, c. 14. n. 9. & magis in specie ipsum Averd. ibi lib. 1. c. 10. n. 29. Barbof. in remis. ad Trid. sess. 11. c. 7. n. 4. Cened. in collecta ad decreta. 153. n. 2. Bobadilla in polit. d. c. 18. n. 135. ad fin. probat Gutier. ubi supra n. 5. & 6. ubi etiam dicitur, quod quando non superfluo redditus clericorum ad reedificationem Ecclesiae, potest expendi pecunia publica universitatis, & à deficiente debet perveniri ad collectam inter vicinos, quod est notabile, & ego jam praeficiari ita feci.

Hae tamen, quae diximus, beneficium, & Parochianos in subsidium teneri ad reparationem Ecclesiae; fallunt, ubi contradicit consuetudo, & observantia, quae apparet ad alterum spectare haec onera, quia cum quæritur: quis teneatur Ecclesiam reparare seu ad ejus reparationem contribuere; primitus inspicitur, & attenditur observantia, & quid haec tenentur consueverit. Ita docent Innoc. in c. de his quae sunt à major. par. capit. Paul. de Citadinis in tract. de jure par. art. 5. princ. vers. secundo intelligo sub n. 173. Beronius conf. 3. num. 1. lib. 12. Archid. in equatur 12. q. 1. ille Praepositus n. 3. Joseph. Lud. confil. 38. illatione 135. & defendit Abb. quem referens sequitur Joan. Hieron. Campanil. divers. jur. cano. rubr. 12. c. 13. sub n. 19. post princ. fol. 725.

Hae suppositi ut nostra principalis intentio clarè deducatur; an scilicet ab hujusmodi compulsione, & sententia in contributione pro reedificanda Ecclesia diruta; appellationi interpositae non deferens vim faciat ordinarius, in qua sacrosanctum Concilium Tridentini decretum invenio sess. 21. de reform. c. 7. omnes difficultates dirimens disponendo: Valde curandum esse, ne ea quae sacris ministeriis dedicata sunt temporum injuria obsolescant, & ex hominum memoria excedant, procurer Episcopi, parochiales Ecclesias, etiam juris patronatus sint ita collapsae refici, & instaurari: ex fructibus, & proventibus quibuscumque ad eandem Ecclesiam quomodocumque pertinentibus; qui si non fuerint sufficientes, omnes Patronos, & alios, qui

qui fructus aliquos ex dictis Ecclesiis provenientes, percipiunt, aut in illorum defectum parochianos, omnibus remediis opportunis ac praeficta cogant appellatione, exemptione & contradictione remota.) Quod & fulcitur etiam ex illo verbo (contradictione remota, &c.) quo utitur Concilium, per quod censei appellationem esse prohibitam, probat post Philip. Franc. Decium, & alios Lancel. de attent. 2. p. cap. 12. limit. 8. n. Hieron. Gonzal. in regul. de alernat. gloss. 9. in annoa. n. 218. de quo latius videre poteris 2. p. c. 8. ad finem, praecipue à n. 107. ubi plures citavi.

Quod Tridentini decretum circa obligationem reparandi Ecclesiam, quatenus dicit ex fructibus, & proventibus Ecclesiae patronos, & alios teneri ad expensas in subsidium intelligi (salva correctione matris Ecclesiae) prout jus commune scilicet, deducto necessario ad suam sustentationem, ut possit Ecclesiae apud servare, & ita etiam intelligi Joannes Gut. de alleg. 10. num. 7. ad si. qui etiam ejusdem Tridentini cap. 7. sess. 21. meminit ibi tenet etiam Barbosa in remis. ad d. cap. 7. num. 3. affirmat Sarmient. de redditib. Ecclesiae 1. p. monit. 82. n. 3. Cened. in collecta. ad decreta. 153. ad medium.

Pariter & ex eo vides, Episcopum vim non facere haud deferentem appellationi interpositae à sententia, seu compulsione hujusmodi; eum sibi permittat ea non obstant, nec contradictione, aut exemptione praeficta faciant, & cogant clericos patronos, aut parochianos, & idem disponit Trid. sess. 21. de reformatione, cap. 8. loquendo etiam in beneficiis; tam secularibus, quam regularibus, & etiam exemptis, ut singulis annis visitentur, & curent Episcopi congruentibus remediis, etiam per sequestrationem fructuum, ut quae renovatione indigent, aut restitutione, reficiantur, appellationibus quibuscumque, &c. iudicium deputationibus, & eorum inhibitionibus, &c. idem quod cap. 8. etiam decrevit idem Trid. in sess. 7. de reformatione cap. 8. ut ordinarii opportuno remediis provideant: ut Ecclesia, quae reparatione indigeat, reparentur, appellationibus privilegii, consuetudinibus, etiam ab inmemorabili tempore praefcriptis, iudicium deputationibus, & illorum inhibitionibus, penitus exclusis.

Hae tamen, quae diximus, clericum in parochialis diruta reparationem teneri: intelligendum, & extendendum est ad quolibet beneficiatos, beneficiorum simplicium in quibus ad reedificationem ipsi soli (deficiente fabrica) compellendi sunt; non alii, ita tenent Abb. in c. n. 3. de Ecclesiis adific. Joan. Gutier. Valascof. confil. 179. n. 13. Navarr. de spal. clericorum §. 8. n. 11. vers. secundo Joan. Gutier. allegatio 10. sub nu. 1. Zerola in praxi Episcop. 1. p. verbo visitatio §. 6. d. h. 9. & probat l. 1. tit. 10. p. 1. & facit quod congregatio Concilii censuit super d. cap. 7. sess. 21. de reformatione in principio. dum loquitur de reedificatione Ecclesiae non curatae, & beneficii simplicis super illis verbis (ob eorum inopiam, &c.) ita inquit: Si populus nolit Ecclesiam, quae minatur ruinam instaurari; debet penitus destrui, &c. sic sequitur, quod populus non tenetur reedificare Ecclesiam non curatam, sicut, secus parochialem in subsidium, ad quod tunc de necessitate, non de voluntate tenentur, & ad id modis omnibus compelluntur ex supra dictis Tridentini decretis. Sed tunc quando dicta Ecclesia non curata diruta, vel collapsa sit deficiente fabrica, vel beneficiato, seu, his adhuc non sufficientibus de licentia ordinarii petatur elemosyna per populum, & vicis circumvicinos, maximè in Ecclesiis devotionis, ut ita se vidisse semel affirmat Gutier. supra n. 8. ubi etiam superius n. 7. ad fin. dicit, & vidisse licet agitari, cujus expensis debent & instaurari quaedam eremitoria illius diocesis Placenti, quae fuerant destructa tempore eujusdem cleri & tamen eo defuncto, directo libello à defensore par. rum causarum illius Episcopi

copatus contra bona dicti defuncti, & ejus heredes fuisse condemnatos: ut solverent quantitatem necessariam ad eorum reparationes, confitendo quod defunctus plures redditus, & fructus perceperit ex ipsis eremitoriis, quam sententiam iustissimam reputo ex jam dicta doctrina.

Quapropter beneficiatos simplicis Ecclesiae condemnatus ad impensas pro reedificatione, & reparatione Ecclesiae dirutae, compellendus est pariter etiam non obstante ab eo emissa appellatione; nec ei delationem ordinarius denegans, violentiam faciet ex identitate rationis, quae in utroque casu viget, & probat Concilium Tridentinum. d. c. 8. sess. 21. quod dum disponit circa refectionem, & reparationem Ecclesiae, tam curatae, quam non curatae, permittit compulsione, & exemptionem, appellatione non obstante, & sic de utroque casu censuisse certissimum est: quia una determinatio respiciens plura determinabilia, illa debet pariformiter determinare, h. jam hoc jure ff. de vulgari, & per consequens etiam in compulsione haereditis condemnari, juxta terminos casus per Gutier. relati, quia qualitas obligationis ex persona haereditis non mutatur, l. 2. §. ex his ff. de verborum oblig. & contra eos pariter, ac contra defunctum obligatum rectè executio procedit, l. ex contr. ff. de re judic. & ibi omnes, & ex pluribus aliis latè Parla. lib. 2. verum quoad. c. fin. 4. p. §. in princ.

Hae tamen quae huc usque diximus, procedunt quando Ecclesia diruta, vel ex ejus redditibus, seu fabrica, vel ex beneficiati proventibus, vel in subsidium, ex collecta, & reparatione Parochianorum, vel in simplicia, & non curata ex elemosynis refici, & reedificari potest: at quando omnes nimia egestate laborant, & ob eorum inopiam nequit instaurari, quid esse faciendum disponit sacrum Tridentini decretum in d. c. 7. sess. 21. ut si sint beneficia simplicia, & jurispatronatus, Ecclesias quae vetustate, vel alias collapsae sunt vocatis iis, quorum interest, Episcopus, etiam tanquam sedis Apostolicae delegatus, transferre potest in Ecclesiis viciniorum arbitrio suo atque in eisdem Ecclesiis erigant altaria vel capellas, sub eisdem invocatoribus, vel in jam erecta altaria, vel capellas transferant, cum omnibus emolumentis, & oneribus prioribus Ecclesiis impositis, & ad Ecclesias Parochiales etiam jurispatronatus pariter extendit Trid. ubi in vers. Parochiales verò ibi, quod si nimia egestate omnes laborent, ad matrices, seu viciniores Ecclesias transferantur, cum facultate tam dictas Parochiales, quam alias Ecclesias dirutas in profanos usus, non sordidos, erecta tamen ibi cruce, convertendi, &c. Zerola in praxi Episcop. verbo visitatio. §. 6. vers. novum dubium 1. p. & declaratio sanctae congregationis super eodem c. 7. à princ. & super illis verbis (quod si nimia egestate omnes laborent, &c. dicit. quod Ecclesia diruta parvalorum reddituum potest ex sententia Congregationis, in profanos usus, non tamen sordidos (erecta tamen ibi cruce) converti, & transferri ad matricem, seu viciniorum Ecclesiam, ubi erigendum est altare, sub eadem invocatione imposito oneri titulari; ut curet ibi celebrari singulis hebdomadis per sacerdotem idoneum: cæmeterium ita profanandum, & deinde esse transferenda esse ad novum cæmeterium, quod à titulari construat in eo loco, quo magis placuerit populo. Et eadem congregatio super vericulo (ad matricem seu viciniores, &c.) dicit in hæc: Quod quando Ecclesia diruitur, onus Matris ad matricem Ecclesiam transferendum est, & in eadem expensis possidentibus Ecclesiam dirutam, altare erigendum sub nomine dirutae. (Et eadem super vericulo) in profanos usus non sordidos (dicit: Quod ordinatus non debet sine causa profanare capellas, & si aliquam profanandi causam habeat, eorum cæmeteria potius attribuenda esse Ecclesiae, quae est caput dictarum capellarum, quam alteri.)

28 Et adverte, quod matrix Ecclesia, ad quam hæc translatio faciendæ est, intelligitur de Parochiali, scilicet respectu appellatum, & aliarum inferiorum simplicium, sub illius districtu existentium, quia earum respectu Parochialis dicitur matrix, ad eamque faciendæ est translatio prædicta, text. in cap. ad audientiam 1. de Ecclesiis edific. text. gloss. & Abb. in cap. venerabili de verborum signific. idem Zerol. in clem. 1. n. 3. & 4. de sententia excommunic. Zerol. in praxi Episcop. verba, Ecclesia matrix respectu autem Parochialium Cathedralis Ecclesia matrix est, & ad eam translatio est faciendæ.

29 Et de Ecclesiarum translatione faciendâ, quando necessitas id exigat, vide Rebuffum in praxi benefic. tit. de unio. gloss. 1. n. 8. Mandol. regul. 21. cancellar. 97. & 8. B. er. decis. 345. Peruli. de unione c. 4. n. 11. Zerola in praxi Episcop. verbo visitatio §. 9. p. 345. Frater Emanuel Rodrig. quæst. regul. tom. 1. q. 43. art. 13. Bobanill. in part. lib. 3. c. 5. n. 34. Plures Doctores refert Cenedus in collect. ad decretal. 153.

30 Et de plurius aliis huius infringentibus, an ista translatio dicatur unio, & incorporatio, vel remaneat Ecclesia distincta, cum retineat invocationes easdem introitus, emolumenta, & onera distincta ab alia, in quam transferuntur. Et ad hoc ut in ea translatione tantum unione possit ordinarius tanquam delegatus Sedis Apostolicæ se intrinsece, & residere iuxta dispositionem Trid. sess. 7. de reform. c. 6. vide Zerolam in d. praxi ver. visitatio. 1. p. §. 6. dubio. 10. & an ordinarius lapides, ligna, trabes, & alia huiusmodi Ecclesiæ dirutæ & collapsæ, & profanatæ ab eo possit vendere, vide Navar. de spoli §. 18. n. 10. vers. 3. & n. 11. vers. 1. ff. in l. 2. n. 16. vide de iure Emphyteutico Zerolam ubi proxime, dub. 9. & declarationes Cardinalium, sub d. cap. 7. & quibus vendi possunt, & quæ ex eis opera construuntur effici possunt, vide c. ligna Ecclesiæ, de consecratione d. 1. & ibi gloss. c. ex antiquis 54. d. c. que semel 19. qu. 3. optima l. 8. tit. 10. p. 1. ubi Greg. & Montal.

31 Circa inspectionem autem ejus, quod secundo loco posuimus huius capitis, an à sententia, qua ordinarius Ecclesiasticus iussit, novam aliquam Ecclesiam Parochialem edificari, aliqua urgente necessitate à jure approbata, interpositæ appellationi non deferens vim faciat, arbitror supponendum nonnullas esse à jure iustas, & legitimas causas assignatas, & ob quas quidem ordinarius Ecclesiasticus licet potest (invitis Parochis) novas construere Ecclesias, text. in c. ad audientiam el. prin. d. Ecclesiis edific. ibi. Quia quod villa H. tantum perhibetur ab Ecclesia Parochiali ditare: ut tempore hyemali, cum pluviam inuadant, non possint Parochiani sine magna difficultate, non possint Parochiani congruo tempore Ecclesiasticis officiis interesse, quia igitur dicta Ecclesia ita dicitur redditibus abundare: quod præter illius villæ proventus: minister illius convenienter valeat sustentationem habere, mandamus quatenus si res ita se habeant Ecclesiam ibi edifices, & in ea sacerdotem, &c. Hanc decretalem expressè confirmat Sacrum Concil. Trid. sess. 21. de reformatione c. 4. quod dicitur, quod Episcopi etiam tanquam

32 Apostolicæ sedis delegati in omnibus Ecclesiis parochialibus, vel Baptismalibus, in quibus populus ita numerosus sit, ut unus Rector non possit sufficere Ecclesiasticis sacramentis ministrandis, & cultui divino peragendo cogant Rectores, vel alios, ad quos pertinent, sibi tot sacerdotes ad hoc munus adungere quot sufficiant ad sacramenta exhibenda.

33 In his vero in quibus ob locorum distantiam, sive difficultatem parochiani sine magno incommodo ad percipiendam sacramenta, & divina officia audienda, accedere non possunt, novas Parochias; etiam invitis Rectoribus iuxta formam constitutionis Alexandri III. quæ incipit ad audiendam, constituere possunt. Idem etiam disponit (ubi alias rationes novas consi-

derendi

Parochias refert) text. in c. cum inibus, de consecratione d. ubi gloss. in Ecclesiis 16. quæst. 7. cap. antepenult. eadem causa & q. felix multas c. præcisimus de consecratione d. 1. c. temporis qualitas 16. quæst. 1. l. 9. & 17. & 8. tit. 10. p. 1. Abb. in c. 2. num. 7. de decimis Gregor. Lopez in d. l. 7. idem Gregorius facit etiam l. 1. 3. n. 5. p. 1. ubi Greg. gloss. 6. Zerolam in praxi Episcopali 1. p. verbo Parochia §. 6.

Igitur si Episcopus aliqua ex his rationibus, causis, que iustissimis motus, construat novam Ecclesiam non faciet violentiam, si appellationi ab hac recta sententia interpositæ, non detulerit, quia caret suspensivo effectu, text. est in d. c. ad audientiam, ubi sublato appellationis obstaculo, &c. & iterum ibi ad finem; appellationis cessante diffugio, &c. & in Trident. ibi; nec huiusmodi ordinationes & erectiones possint tolli, nec impediri, ex quibuscumque provisionibus: etiam vigore resignationis, aut quibusvis aliis denegationibus, vel suspensionibus, &c.

Quod quando ita clarè non disposuisset, tacitè in eo debet subintelligi, cum sit ius novum edictum in confirmationem, & approbationem d. c. ad audientiam cuius ampliationes, & limitationes accipere debet, iuxta l. sciendam, iuncta gl. ibi, ubi communiter notant Doctores ff. qui satis, cogant. & in l. 3. c. de silentiis verbo decurionibus: communiter probat, & in hac consuetissima in princ. gloss. 3. c. qui testam. facere possunt, Bart. in l. sed & si posterioribus, & ibi Joannes Orofius n. 12. ff. de legib. & in l. 1. n. 31. de constitu. Principum, post Ill. ibi n. 16. Mencha. de successio. vers. §. 3. n. 10. Covarr. in rubr. de testam. 2. p. n. 19. Mexia in l. Regia Toleti, in 6. funda. 2. par. n. 18. cum seq. Gutier. præct. quæst. civil. lib. 4. quæst. 1. num. 4. Gregor. Lopez in l. 7. tit. 13. p. 6. gloss. 9.

Hinc tamen Ecclesiæ noviter erectæ, novus etiam sacerdos præficiendus est ab Episcopo ad præsentationem Rectoris, & patroni consuetis (si quis est) nam ex quo illis competens assignatur portio arbitrio ordinari vel ex fructibus ad Ecclesiam matricem, quomodocumque pertinentibus, ut dicit Concilium Trid. in d. cap. 4. vers. in illis autem, & d. c. ad audientiam. Quia igitur dicta Ecclesia ita dicitur redditibus abundare: quod præter illius villæ proventus, minister illius convenienter valeat sustentationem habere, &c. d. l. 9. tit. 10. p. 1. iustum visum fuit pro tanti damni compensatione, illi attribuat præsentandi, ut patet text. in d. c. ad audientiam, ubi ad præsentationem Rectoris Ecclesiæ majoris, cum canonico fundatoris assensu, infuitus ad sustentationem suam ejusdem villæ obventiones Ecclesiasticas percepturum, &c. ubi gloss. verbo Rectoris, rationem huius juris præsentandi reddit, & ibi etiam Doctores, & elegantem etiam assignat d. l. 9. p. ad medium, ubi, el menofcabo que recibiese la primera, por los parochianos que le menguan, otorga el derecho, que los clerigos della pue dan presentar al Obispo, el que ubieren de poner en la yglesia segunda, e otorgales ainde mas desto que aian en ella alguna renta en manera de censo por conocimiento de majoria, e debela señalar el Obispo, segun que viene, que montan las otras rentas de la segunda yglesia, &c. Idem hoc ultimum probatur in d. c. ad audientiam.

Quibus adde, quod huic novo sacerdoti non applicentur decimæ prædiales Parochianorum illius novæ Ecclesiæ: sed dumtaxat primariæ obventiones, hoc est, obligationes & decimæ personales, quæ dantur diebus festivis, & mortuaria, seu pro eis legata in testamento, ita tenent Doctores in d. c. ad audientiam, ubi elegantè gloss. verbo obventiones, clarius d. l. 9. p. vers. como quier que agruamien to, quod procedit, quando non dividitur Parochia; at quando dividuntur termini Parochiæ antiquæ, dividuntur etiam termini prædiales, & tunc debentur decimæ prædiales novæ Ecclesiæ de prædiis suæ Parochiæ, ut per Abb. in cap. ad audientiam, super

super gloss. in verbo obventiones, tenet Gregor. Lopez in d. l. gloss. 9.

40 Et ideo sanctissimè providit Concilium Triden. in d. c. 4. ibi, Ut ei competens assignetur portio ex fructibus matricis, & si necesse fuerit, Episcopus compellere possit populum, ea subministrare, quæ sufficiant ad vitam didorum Sacerdotum sustentandam: cuius etiam meminit Zerola in praxi Episcop. 1. p. verbo Parochia §. 6. Pro qua facit quoddam aliis decrevit idem Trid. sess. 24. de reformatio. c. 13. Quod in Parochialibus Ecclesiis, quarum fructus adeo exigui sunt, ut debitis nequeant rectoribus satisfacere, curabit Episcopus, si per beneficiorum unionem, non tamen regularium, id fieri non possit, ut primitiarum, aut decimarum assignatione, an Parochianorum symbola, ac collectas, aut qua et videbitur commodiori ratione, tantum redigatur; quod pro Rectoris, aut Parochiæ necessitate dicenter sufficiat, & hoc etiam de iure divino & naturali, Abb. in c. novum genus n. 7. de de. imis, quæst. 87. & in num. 1. in corpore, & ad 4. Covarr. lib. 1. c. 17. num. 2. & 4. vers. quarta ratio l. 2. variar. resol. Torrecrema. in c. omnis Christianus, de consecratione d. 1. Sylvest. verbo decima 1. p. 5. q. num. 168. Zerola ubi supra.

42 Quibus & illud utile valde non omittam, quod ab huiusmodi Sacerdotis deputatione, & institutione, nec ab ejus portionis assignatione appellationi interpositæ, five per Rectorem Matricis, five alterum, Ordinarius non deferens violentiam dicitur commisisse, quia pariter nec suspendit huiusmodi ordinationes, nec admittitur, ita expressè probat text. in d. c. ad audientiam, ubi, Ecclesiæ ibi edifices, & in ea Sacerdotem (sublato appellationis obstaculo) ad præsentationem Rectoris Ecclesiæ majoris, cum canonico fundatoris assensu, infuitus, &c. & iterum ibi in fin. Si vero persona matricis Ecclesiæ virum idoneum præsentare distulerit, vel opus illud voluerit impedire: tum nihilominus facias opus ad perfectionem deduci, & virum bonum (appellationis cessante diffugio, insuiture, non omittes, &c.) & idem probatur in d. c. 4. Concil. Trid. ad finem, ubi, assignetur portio: &c. nec huiusmodi ordinationes, & erectiones possint tolli, nec impediri, ex quibuscumque provisionibus, etiam vigore resignationis, aut quibusvis aliis derogationibus, vel suspensionibus, &c. & facit etiam d. l. 9. tit. 10. p. 1. ad fin. ubi, bien quedam mandar que la fagan en termino de otra, e proponer clerigo en ella que la servia, aunque lo contradigan, e no solo presenten los clerigos de la primera, &c.

43 Et insuper ex eo, tum quia ab assignatione congruæ Rectori, seu Vicario Parochialis appellationem minime esse deferendam diximus supra c. 2. hac 3. parte. Tum ex eo, quia est providere Ecclesiæ de Rectore, in quo pariter appellatio non suspendit, ex Trid. sess. 14. de reformatione. cap. 18. & dixi latè supra 2. parte cap. 13. à num. 167. & infra hac 3. parte, cap. 2. à num. 44. & etiam probatur ex verbo d. l. parti. ibi, aunque lo contradigan, &c.) quod importat appellationem non admittendam, ut diximus etiam hoc cap. supra num. 15. & 2. parte cap. 8. ante finem à num. 107.

An reedificans, vel reparans Ecclesiam dirutam, vel collapsam acquirat jus patron. & an quando patronus, qui illud acquisivit in ea constructione tantum, si funditus sit diruta illud admittat: & quid quando etiam propter dotationem simul, vel simpliciter illud etiam dicatur amissile, vide latè, & optimè cum pluribus prosequitur Rochus de Curte in tract. de iure patro. verbo construxit, num. 12. & 13. ubi etiam an ille qui primò construxit, præferatur aliis in refectione, & reparatione, & de aliis huius utilibus quæ omitto, quia mei non est institui. Et infra quod tempus debeat construui Ecclesia vel Capella, quam testator construendam mandavit sine præscriptione temporis, vide ibi optimè n. 15. ubi multa in propositum adducit, & quando ex

causa, puta ex diminutione reddituum possit ab Episcopo cum consensu Capituli, fieri suppressio, & extinctio beneficii, vide latè per Nicol. Garciam de benef. tom. 2. p. 12. c. 1. per totum, & an beneficii divisio possit fieri: vide eundem ibi c. 4. & quando ob tenuitatem unio fit faciendâ ibi c. 2. cum suis §§.

CAPUT VI.

Ab eo, quod fit secundum legis, & juris dispositionem, canonicas sanctiones, an decreta, à iudiceque eas exequentes: seu ubi jus commune refistit, aut ubi juris, & de jure præsumptio adest: appellationi emissæ non deferendo, violentiam adeste, dicatur: ubi etiam exactè de appellationibus frivolis.

SUMMARIUM.

- 1 Stultum est contra stimulum calcitrare.
- 2 Appellatio emissæ ab eo quod fit secundum juris decreta & determinationem, non suspendit.
- 3 A precepto de residendo beneficium residentiam requirens non datur appellatio.
- 4 A iudice jurisdictionem exequente non permittitur appellare.
- 5 Appellationem non esse admittendam ab eo, quod fit secundum juris dispositionem & canonica decreta, qui probent. & à n. 1.
- 6 Resignatarius tenetur dimittere possessionem à se possessi beneficii postquam ad prius esse possessionem beneficii resignati (non obstante appellatione) cui non deferens iudex vim nullam facere declarabit Senatui.
- 7 Appellationi contra juris clari dispositionem ut frivola non est deferendum.
- 8 Præsentatus an possit appellare, ut patronus alium intra terminum præsentet accumulatè tantum.
- 9 Appellari non potest, ne fiat quod de jure fieri permittitur.
- 10 Ordinem suscipere necessarium beneficio compulsus possessor non appellat, quominus interim exequatur preceptum.
- 11 Sequester licet regulariter sit prohibitum, tamen quando in casu particulari lex præcipit sequesterium opponendam appellatio non admittitur.
- 12 Lex ubi aliquid fieri præcipit, iudex id faciens dicitur legis executor, à quo non est licita appellatio. Quia tunc potius operatur lex, quam homo, cuius est executor, ibid.
- 13 Juris executio non gratat.
- 14 Canon seu lex quando in aliquo casu determinatè aliquid faciendum præcipit, (ut in exemplis appositis) non admittitur appellatio.
- 15 Cautionem præstandam in aliquo casu particulari ubi lex determinatè præcipit, si appellatione non obstare.
- 16 Licet quod est fieri ante appellationem, & post illam fieri potest.
- 17 Lex ubi præcipit aliquid fieri, jam casus censetur definitus & determinatus per sententiam legalem, & quo casu à legis dispositione videtur appellari si à iudice ut legis executor appellatur.
- 18 Appellatio à juris dispositione & determinatione non est licita.
- 19 Appellatio ubi non admittitur à sententia, pariter nec ab ejus exequutore, aut executione.
- 20 Ab executione rei iudicata, aut obligationis Cameralis, & guaranteeati appellans præsupponit antecedens validum, à quo executio dependet & negat consequens necessarium, quapropter non auditur.

- 21 Appellatio a sententia legalis est contraria juri, & per consequens frivola, cui nec deservitur, nec casu attenditur, & sub n. 26.
22 Appellatio a sententia legali jus resistit, habetque contra se juris presumptionem, & ideo non causatur attentata.
23 Appellatio a monitorio, ut intra certum tempus accedat ad recedendum, resistit juri commune, & potest Episcopus ea non obstante ad executionem procedere.
24 Appellanti a correctione resistit jus, ac interim non causatur attentatum.
25 Appellatione pendente interposita per Canonicum a Capitulo imponente bonam correctionem, seu etiam a correctione per ordinarium, potest ad executionem devenire, quia dicitur frivola.
Concil. Trid. sess. 13. c. ad fin. adducitur, ibid.
26 Frivola dicitur appellatio interposita ab interlocutoria expressa minus legitima causa, aut a jure improbat.
27 Appellari licet a denegante beneficium concessum per jus commune, quia ubi denegatur juris communitis observantia, gravamen inferunt.
28 Appellatio imittitur justitie.
29 Causa immediata appellationis est iniustitia, injuria, & gravamen.
30 Frivola appellatio dicitur, ubi non adest gravamen, nec legitima causa.
31 Jus & injuria opponitur invicem, quia jus neminem gravat.
32 Executio juris jure non facit injuriam.
33 Pignus quominus vendat creditur, appellari non licet per debitorem.
34 Mandata regia, vulgo (provisiones ordinaria) dicitur, quibus utuntur suprema tribunalia non recipiunt supplicationem, quia paribus injuriis expediuntur, executione legis ita disponens.
35 Appellatio qua caret effectu, & non habet adminiculum juris, ut minus legitima non impedit executionem.
36 Corpus carens anima & spiritu vitali, quem admodum manet frigidum, ita appellatio carens justitia (cujus est minima) in frivola mortua censenda est.
37 Frivola esse dicitur, quae informis & fragilis sunt, secundum Budaeum.
38 Frivola appellatio dicitur inanis & varia.
39 Frivolam verbum inforti caducum vel inutile.
40 Frivola appellatio nec jus deservit, nec est a iudice deferendum.
41 Frivola appellatio non deservit iudex Ecclesiasticus, vim non facere declarat Senatus.
42 Frivola appellatio quae dicitur, relinquuntur iudicis arbitrio, vide n. 57.
43 Frivolam esse appellationem, ut iudex arbitratu potest appellatione non obstante procedere ad ulteriora.
44 Frivola appellatio illa dicitur, quae nihil produsse potest, nec ullum unquam juris effectum fertur.
45 Appellatio quae caret effectu, & non habet adminiculum juris non impedit executionem.
46 Appellatio calumniosa illa dicitur, non solum quae in ejus interpositione apparet talis sed & quae tunc derogatur in fine litis.
47 Causa inserta in appellatione attenditur ad detegendum ipsam frivolam, frustratoriam, aut calumniosam.
48 Causa in appellatione ab interlocutoria inserta, quando illam frivolam detegat.
49 Legitima appellatio illa dicitur, quae interponitur ex causa, quae si esset probata, reputaretur legitima.
50 Causa legitima & jure approbata si inserta in appellatione ab eo quod sit secundum juris dispositionem, & a iudice illam exequente, deferendum est illi.
51 Appellatio contraria juris quocumque vadat, in nulla instantia potest effectum sortiri (jure attentato) quia jus est certum, & ubique idem operatur.
52 Frustra aliquid faciens nulliter facit, etiam ipso jure.
53 (Frustra) dictio significat impotentiam faciendi.

- 54 Frivolam appellationem tunc arbitratu iudex, quando apparet legitima indicia ad totum, & illa reus in termino sibi concessio non purgavit.
55 Frivola appellatio tunc recipi potest quando notorie & manifeste talis detegitur jecti si in dubio, sive dubium sit juris sive facti.
56 Frivola & calumniosa appellatio quando ita notorie & manifeste dicitur apparere remissive.
57 Frivolam appellationem non debet iudex arbitrarie, ubi ita notorie apparet.
Frivola non dicitur appellatio interim, dum remanet disputandum, ibid.
58 Frivola appellationis redduntur exempla.
59 Frivola appellatio dicitur notorie, quando quis petierit in causa recusat, quod elegantur arbitri, ubi eligendi non sunt.
60 Frivola dicitur appellatio, quando interponitur a sententia, quae illum non tangit.
61 Appellatio non auditur, si ex sententia non gravatur.
62 Appellatio non admittitur a iudice aliquid admittente cum clausula (si & in quantum, &c.) quia tunc neminem gravat.
63 Clausula (si & in quantum) operatur secundum jus, & sic cum j. sit certum non remanet admittendum, ubi jus id dicit.
64 Approbandum admitti non debet quis ad id, quo probato non relevat, nec prodest, puta quando aliquid consistit in jure.
65 Approbatione derogata ejus articuli, qui probatus non prodest, appellationi emissa tanquam frivola non erit deferendum.
66 Imperari non debet alicui non fecisse, quod factum non profuisset.
67 Juramentum sibi oblatum licite recusat pars, quae bene probavit.
68 Articuli impertinentes & non relevantes non sunt admittendi.
69 Articuli impertinentes qui dicantur remissive.
70 Patronus an teneatur presentare intra terminum edictorum, cum habeat terminum juris, an possit eorum petere prorogationem pro tempore sibi a jure concessio, ut interim pro se tibus queat ordinari, vel ejus etas legitima compleatur, remissive.
71 Frustratorie appellans dicitur in dolo esse.
72 Iudicis officio pertinet reformare, quae dolo aut malitia gesta sunt a parte lite pendente.
73 Iudex ex officio potest repellere calumniosas exceptiones ad intrinsecum & procrastinandum iudicium oppositas.
Idem de appellatione frustratoria, ibid.
74 Clausula (appellatione remota) aut (appellatione postposita) restit effectum suspensivum.
75 Clausula (appellatione remota) apposta in bulla super provisione beneficii, non procedit cause cognitione parum aut nihil operatur, quia per ea non tollitur aliud appellatio legitima, sed frivola dumtaxat.
76 Clausula (appellatione postposita) non operatur, ubi apparet de notorio gravamine.
Clausula (appellatione postposita) semper apponitur in parte executiva literarum, quae non comprehendit contradicentes de jure, sed tantum de facto, ibid.
77 Clausula apposta in executivis gratias, nec auget gratiam, nec restit surreptionem.
78 Clausula (appellatione postposita) de materia qui late sunt videndi.
79 Frivola appellatione non obstante, an iudex ad ulteriora queat procedere, & an per illius delationem a se abiciat jurisdictionem, & an inhibito a superiore emanata vigore frivola executionis impediatur executionem sententiae, vide remissive.
Conc. Trid. sess. 13. de reform. c. 1. verba recensentur, ib.
80 Appellatio tanquam frivola a iudice rejecta, si pars non contradicat appellando, videtur fateri frivola esse.
81 Frivola

- 81 Frivole appellatorem potest iudex a quo excommunicare tanquam contumacem.
82 Presumptio juris & de jure condemnato repugnans, non erit in appellatione audienda.
83 Condemnatus presumptione juris & de jure, dicitur convictus & confessus, ac ideo nullo modo auditur appellans.
84 Presumptio juris & de jure non recipit probationem in contrarium.
85 Presumptio juris & de jure ubi recipit probationem in contrarium, admittit etiam tunc appellationem.
86 Presumptio juris & de jure, in quibus casibus admittat probationem in contrarium, & quales sint presumptiones juris, & de jure, remissive.
87 Presumptione juris tantum condemnatus non prohibetur appellare.

Grandis est hujus capituli materia, in qua partem negativam amplector, iudicem Ecclesiasticum vim non facere, denegans delationem appellationis interpositae ab eo, quod facit in executionem Canonici decreti & sanctionis, atque secundum juris dispositionem; distant. Pro qua expendo & illud Christi Domini Actuum Apostolorum 9. dicens, Durum est contra stimulum calcitrare, text. expressus in l. si. ff. de appell. recipi. ibi item si ex perpetuo edicto aliquid dicitur; id, quo minus fiat, non permittitur appellare: text. celebris in c. consulti, 29. in ord. de appell. ibi, non convenit, ut pro huiusmodi appellationibus ab observatione decreti debeas abstinere, &c. text. in cap. cum in cunctis 7. in ord. ibi, nec proficit eis appellationis refugium, si forte in constitutionis istius transgressionem per appellationem voluerit se tueri, &c. de electione lib. 6. probat etiam text. optimus, in c. relatum, de clericis non resid. ibi, nec patrocinari debet eis appellationis diffugium. si contra huiusmodi intentionem decreti fuerit interjectum, &c. Ex quo condat appellationi non esse deferendum, per beneficiarium interjectae a precepto, de jure residentiam requirens, per quem & alia jura late probavimus, & resolvimus supra 2. part. c. 15. a princ. Hanc conclusionem probant etiam gl. ibi in d. c. consulti. 1. nota. & gloss. in verbo pro huiusmodi appellationibus, ubi etiam uterque Abb. Sicul. & Panormit. ex quo etiam aliam similem eliciunt conclusionem, ut a iudice jurisdictionem exequente non permittitur appellatio, late etiam ibi Philip. Franc. Abb. Panor. in d. c. relatum, n. 3.
Hanc insuper conclusionem probant Maran. in pract. de ord. iudiciorum 6. p. tit. de app. n. 345. quem solum referens sequitur Joan. Gutier. in cons. 10. n. 21. dicentes, quod ab actu celebrato, & gesto secundum legis dispositionem, & canonicas sanctiones, nec a iudice eas, & decreta juris exequente, non potest appellari, allegant ad hoc text. in d. c. consulti. Et ita in casu, de quo per eundem Gutier. ibi, nempe, ut possessor resignatarius dimittat possessionem prioris beneficii adepta possessione secundi resignati secundum jus commune, & clausulam expressam Bullae resignationis; ex hac doctrina potissimum tenuit, appellationi deferendum non esse, & Cancellariam Regiam Vallisoletanam aditam per viam violentiae pro appellationis a condemnato interjectae delatione vim non fieri, causamque iudici remittendam declarasse.
Pro quo facit etiam quoddam alias determinavit Rota, ut testatur Seraphi. dec. 310. sub n. 1. dum haec dicit: tum etiam consideratum fuit, & appellationem Martini fuisse frivola & calumniosam, & contra juris cleri dispositionem, concedendos patronis sex menses, ideo non causare attentata, cum ei iudex deferre non teneretur, ad c. 2. de dolo & contum. lib. 6. Achille dec. 6. de appell. quae ut vides, optime nostram probat conclusionem.

Cui & conveniens est quod disputant Lamberti. de jure patr. 2. p. lib. 2. art. 20. p. 9. princ. an primus presentatus a patrono possit appellare; ne intra terminum a jure concessum alterum praesentet; cujus resolutionem & ab hac nostra doctrina desumit: ut feliciter, cum claro jure sit canonico permittitur; patronis laicis, variare in praesentatione, & iterum alium praesentare (accumulative saltem, non exclusive, c. quod autem, &c. cum autem, de jure patr.) appellationi a primo presentato deferendum non esse nec admittendam rationem reddens quia est contra juris dispositionem, & non valet, secundum Specul. in tit. de appell. §. 22. vers. 23. & vers. 27. allegat etiam l. si de app. rec. & quia non potest appellari, nec fiat, quod jure fieri permittitur, per c. cum nobis olim de elect. 1. c. ex ore de iis qua sumi a major. p. capit. Ancharranum in c. decernimus, in vers. offeratur 16. q. 7. & hoc etiam dicit post Abb. in cap. pastor alis de jure patr. Paul. de Citad. in tr. de jure patr. in 6. p. in 8. q. ubi etiam adducit illud Actuum Apost. cap. 9. durum est contra stimulum calcitrare, cujus & nos ad principium meminimus, & referens Hostien. & Inn. ita tenet Joan. And. in d. c. pastoralis super gl. pen. & etiam Card. ibi in 1. col. in vers. appono ad hoc, & lecutus Numbertus idem dicit Maran. de ord. jud. 6. p. tit. ad app. num. 165. eleganter melius quam alibi, de hac re agit post alios Spiau in tr. de testam. gl. 4. prin. n. 94. & facit text. ibi rem perpendatur d. c. pastor. de jure patr.

Et ex hac nostra doctrina resolutionem veram accipit articulus ille: ut appellationi interpositae a beneficiario compulso ab ordinario; ut ordinaret secundum ordinem requisitum ab ipso beneficio, quod possidet; deferendum esse nullo modo; cum hoc sit a jure canonico tot decretis, tot decisionibus, & constitutionibus inductum, ac perpetuo edicto ita continetur Trident. sess. 22. de reform. c. 4. commissi. ibi statuti auctoritate (& iterum, ne statutum ipsum, &c.) de elect. lib. 5. c. licet canon. 14. quia in observatione canonis memorati, &c. (Clem. 2. quae statuuntur in jure, &c.) de aiat & qualitate, & est elegans text. qui utramque conclusionem probat in c. cum in cunctis 7. in ord. veris, cum autem, ibi & reliqui admoniti non fuerunt praefixo a canon. tempore in Presbyteros ordinati: & ab illo removeantur offic. &c. nec possit eis appellationis refugium si forte in constitutionis istius transgressionem per appellationem voluerint, se tueri, &c.) prout & nos latius hunc articulum examinavimus supra 2. p. c. 15.

Ex eodem fonte procedit, quod Doctores dicunt, quod licet appellatio licita reputetur a mandato de sequestro; tamen non procedat quando in aliquo casu lex mandat, & praecipit sequestrari, apponi; ut in cle. 1. de sequest. poss. & fruct. quia tunc appellationi deferendum non esse, notant committer DD. praefertim Card. noi. g. n. d. cle. 1. Afflic. dec. 152. n. 6. Cassiad. dec. 5. de sequest. poss. & fruct. vers. sed maj. pars duorum. Maran. de ord. jud. 6. p. tit. de app. n. 182. Lanc. de atem. p. 2. q. 13. lim. 12. n. 4. Vestr. in praxi lib. 7. c. 2. n. 5. & nos late 1. p. c. 21. per tot. redditores rationem quia tunc iudex legis est executor & ab executeore legis non est licita appellatio, late prosequitur Marefc. var. resol. lib. 2. c. 77. n. 11. late, & penè in terminis nostrae quaestiois Grat. discip. foren. tomo 2. c. 232. a. n. 19. cum plurib. seq. dicens, quod tunc potius operatur lex, quam homo, & iudex nihil aliud facit, quam legem exequi, & sic tanquam a legis executeore non datur appellatio, juxta l. ab executeore, ff. de app. Rebuff. in l. si qua pars in prin. vers. namque harum ff. de verb. signif. quia juris executio non gravat, Gratia. ibi, n. 21. Bald. in c. ad nostram el. 2. de app.

Et sic generaliter est verum, quod quando lex, vel canon in aliquo casu determinato aliquid praecipit, & mandat faciendum, prout in vacatione beneficii apponatur edictum, in curato praeficiatur oeconomus, & assignetur ei congrua, non suspendit appellatio, nec

aliquid operatur in his casibus, ut suis locis diximus. Et eadem quodammodo lex in aliquo casu determinato jubet cautionem praestari, ut in edicto praetoris secundum l. 1. & Rubr. ff. ut legatorum seu fideicom. nomine caveatur, quoniam ejus praestationem non suspendit appellatio subsecuta, text. elegans in ratione sui, in l. postquam Imperator, ubi Imperator Marcus Anton. Julio Balbo, rescripti, eum, à quo res fideicommissae petebantur, cum appellasset, cavere, &c. rectè placuit Principi; post provocacionem quoque fideicommissi cautionem interponi, quod enim ante sententiam, si petitionis dies moraretur, fieri debuit: amitti post victoriam delata petitione non oportuit, &c. ff. ut legatorum seu fideicommissi. 16. non. cavea. ex quo text. & unam communiter eliciunt Doctores conclusionem: ut omne illud quod licitum est fieri ante appellationem, & ipsum etiam libet illa pendente, ut est videre per Bart. in l. furii §. 1. in princ. ff. de iis qui nota. infra. Alex. in rubr. ff. nihil novari. Marant. de ord. judic. 6. p. tit. de appell. n. 1. 64. Corsetus in singul. verb. app. incipit regula in 6. lim. & per dictum text. qui secundum Dylum ibi, n. 1. alibi hanc format conclusionem Vitalis. de claus. in claus. nihil novari appell. pen. sub n. 1. vers. item fallit, multos citat, multaque exempla adducit in comprobationem. Laacei. de attent. 2. p. cap. 2. lim. 15. per totum. 17. Et hujus nostrarum doctrinae, scilicet: appellationi non esse deferendum interjecte ab eo, quod sit secundum juris & canonis dispositionem, aut iudice eam exequente, rationem libentissimè reddam, quia quando lex super aliquo casu determinato aliquid disponit, & fieri jubet, jura ipsa casus videtur ab ipsa lege determinatus, & sententia, ex sententia ab ipsa lege lata, & ideo quando in tali casu appellatur, potius ab ipsius juris dispositione censeretur appellari, quod utique nec permittitur nec admittendum est, Bart. & omnes in l. connes populi n. 53. & supra ff. de justitia & jure: Bobadilla in polit. l. 3. c. 8. n. 278. litera B. ad fin. Bernard. Diaz in regul. 675. Gratian. in regul. 35. idem in regul. 171. 18. & sic iudex qui id quod lex mandat, obtemperans exequitur, nihil non facit, sed est minister & executor legis, ergo cum ab ipsa sententia legati, & legis dispositione, ac determinatione non sit licita appellatio, pariter nec ab ejus executore & executione, & latè comprobant Gratian. Rebuffi, & Marekot. post alios locis proximè citatis num. 12. quia actus non attribuitur genti, sed mandanti, ut alibi in simili proposito latius diximus pluribus comprobantes, nempe 2. p. c. 3. per totum. 19. Nam certum est, quòd quando à sententia aliqua, vel quia est privilegiata, vel quia transit in rem judicatam, sint vel tres conformes; appellatio non admittatur, pariter nec ab ejus executore, & executione, Lab. executor. ff. de appell. ab executione. C. quorum appel. non recip. l. executorum, C. de appell. optima l. quoniam iudicis ibi, appellationem suscipere recusaverit, quae non contra executionem, sed adversus sententiam, &c. de appell. & facti l. si qua pena, ff. de verbo. signific. nam taliter appellans ab executione facta vigore rei judicatae, obligationis cameralis aut guaranteeatæ, praesupponit antecedens validum: à quo executio dependet, & negat consequens; scilicet, illorum executionem, & sic nihil agit; ita eleganter dicit Gemina. conf. 99. incipit super prima, n. 3. allegans ad Joan. Monachum, Gallesius in tr. de Camerali 30. p. in c. de quaestibus variis post processum incidit. n. 3. cum viribus seqq. Marq. de comm. 2. p. c. 2. n. 11. Hier. Gonz. in regul. de mensib. §. 19. in annot. n. 221. 21. Altera etiam ratio est quoniam isthaec appellatio ab hujusmodi sententia legali interjecta est contraria juri, ac ideo dicitur frivola, frustratoria, & calumniosa, quae nec est a limitata, nec ei deferatur, nec causat attentata, probat text. i. c. per venit, ibi, frustratoria

dilationis causa de appell. juncto text. in d. c. relatum, de clericis non resid. & probat expressè dicta decisio Rotæ 310. apud Seraphinum supra relatum Gemina. & Abb. in c. consuluit 3. de appell. Socin. conf. 39. col. 6. in 4. vol. Marant. de ord. jud. 6. p. tit. de appell. n. 171. & cum illa resistat jus, cujus praestationem contra se habet, appellatio non permittitur, & licitum est iudici ad ulteriora procedere, Rota dec. 234. alias 35. de app. in novis, incipit si Restor. Alciatus conf. 58. incipit gubernatorem, n. 9. vol. 6. optimè Caputaq. dec. 328. l. 2. n. 2. & per utram. Mandos. in tr. de monitoriis 9. 77. per totam, ubi dicit; aliquo appellante à monitorio, ut intra aliquod tempus accedat ad residendum beneficium, appellatione non obstantè; potest Episcopus ad ulteriorem juris executionem procedere, quia huic talis resistit jus commune, ejusque recursum, appellationis, & reclamacionis, ac ita non audiat, & idem Alciatus in conf. 3. incipit in huc n. 2. & seqq. lib. 6. ubi dicit, quod interposita appellatio à correctione, quia ei jus commune resistit, & contra appellatorem praesumitur, attentata non fiat revocanda, & facti quod dicit Anchar. conf. 410. n. 7. & 8. Tufchus conf. 397. 1. tanto, quòd appellatio quae interponitur à canonico super honesta correctione apposita per Capitulum, cum sit frivola, potest Capitulum (ea preta) ad ulteriorem executionem devenire, & idem de appellatione à correctione facta per ordinarium, ut pariter tanquam frivola deferre non teneatur, probat expressè Trid. sess. 13. c. 1. ad fin. & ideo appellatio dicitur frivola interposita ab interlocutoria expressa minus legitima causa, vel expressa aliqua reprobata à jure, Corneus conf. 193. pro dec. primi in fin. n. 17. Scaccia de app. q. 2. sub n. 48. Quia quando appellatio est juri contraria, non cau- 27 sat attentata, probat, ultra supradictos Bald. referens Joan. And. in Novella. in c. ff. de co. 1. quo tempore miles, & secundum Innocentium in c. bona. de app. Greg. Lop. in l. 26. tit. 23. §. 5. ad medium, quemadmodum, & è converso appellari licet à denegante beneficium concessum per jus commune, quia ubi denegatur obfervantia juris communis, ibi inseritur gravamen, ita per Bald. conf. 378. n. 2. lib. 5. tenet Card. Tufchus 1. tom. concl. 359. tit. de app. ab interloc. an admittatur & quando, n. 39. litera A. Deinde & aliam rationem reddamus, nam cum ap- 28 pellatione innitatur iustitia, Math. de Afflic. dec. 341. n. 4. etiam causa immediata appellationis est injustitia, injuria, & gravamen, C. suggestum in fi. cum cessante, de appell. Petrus Surd. conf. 102. n. 13. 1. p. ac ita tunc dicitur frivola, quando interponitur sine legitima causa, ut quia appellat, ubi non est gravatus injustè & tunc dicitur, vana, & inanis, ut per Gemina. dicit Marant. de ord. judic. 6. p. de appell. num. 336. jus enim neminem gravat, inòd jus & injuria opponuntur invicem, l. meminerit. C. unde vi, l. 2. C. de indic. vidui, collen. l. 1. C. de iis qui veniant aias. impetrant. c. 2. l. 6. q. 6. pariter atque nec juris executio, nec judex exequens, quia facit lege permitte, c. qui peccat. 23. quæst. 4. l. Gracchus, C. de adulteris, ergo non poterit appellari, & hanc rationem ita tradit Abb. in d. cap. consuluit eltercoro sub n. 3. de appell. cujus supra meminimus, probantis nostram conclusionem: Pro quo facti, quia juris executio non habet injuriam l. injuriam, c. §. ff. de injuriis, l. quemadmodum, l. Magistratus, ff. ad legem Aquil. Prop. Farin. in tr. de praxi crim. 1. tom. q. 5. sub n. 17. ubi etiam dicit, quod compulsio necessaria & probabilis adum non videtur, per l. 1. ff. si quis omisit causa testam. gl. in l. interdum ff. quod falso tutore auctore, & hoc etiam pertinet, quod dicit l. h. in fi. de appell. recip. ibi: item quominus pignus vendere liceat appellari non possit; 33 nam cum hæc facultas liberè sit creditori à jure permilla, puta quando creditor adivit iudicem, & per sententiam judicalem expectato biennio obtinuit dic- tam

eam licentiam, vel aliter per denuntiationem, juxta text. in l. fin. §. fin. autem el. 1. C. de jure domini impetr. ac jure suo utendo creditur neminem gravat, qui etiam jure suo utitur nemini facit injuriam, ex regula juris, ut per gl. in d. l. fin. verb. vendere ff. de app. recip. ubi B. & ceteri, vide quæ circa pignoris venditionem dixi infr. q. p. c. 7. ad fin. 34. Et hinc venit, quod inquit Joan. Garcia tr. de nobilitate gl. 1. §. 1. n. 9. quòd quotidie in supremis tribunalibus dantur mandata Regia, vulgò provisiones ordinariæ contra particulares iudices ipsis inauditis; quia nulla excusatione vitari possunt, etiam illis partibus contradicentibus, nec unquam interponitur supplicatio ab ipsis mandatis, & si quis supplicationem interponat, tum punitur, tum non auditur, reddit rationem ipso Garcia in comprobationem, quia à præcepto legali non est licita appellatio, gl. h. in c. consuluit, de app. ubi Abb. n. 3. lex enim neminem gravat, ac subinde nec exequens ipsum jus, ex d. c. qui peccat. 23. q. 4. d. l. Gracch. 35. Quare cum isthaec appellatio juri contraria sit, ac iustitia destituta, & ejus fomento careat, minus legitima reputatur, enim vero appellatio quæ caret effectu, & non habet adminiculum juris, non impedit executionem, docet Bald. in c. pastoralis col. 2. de off. deleg. III. in conf. 187. col. 6. vers. ubi inique. Rolandà Valle conf. 77. 36. n. 2. vol. 2. tom. 1. & rectè similè frivola dicta est ex supradictis, quia quemadmodum corpus, quod caret anima, & spiritu vitali, frigidum manet; ita appellatio, quæ caret jure, cujus est propria vita, & scientia, ut frivola mortua censenda est. Quæ declaratio appellationis frivola magis quadrat, quam tradita à Budeo in annot. ad Pandect. ad l. solutam de pignorat. actione, ut frivola esse dicantur, quæ infirma, & fragilia sunt, & ex ejus descriptione ei in apparebit, atque cum iustitia careat, justè denegatur delatio, inòd appellatio frivola dicitur inanis, & vana, Maranta in Specul. 6. part. titu. 2. princ. in verbo, & quandoque appellatur, n. 347. 39. de app. q. 2. n. 48. ubi etiam dicit ad fin. verbum frivolum importare caducum, vel inutile, Gemina. in d. cum app. n. 5. de app. in 6. 40. Cum appellationibus frivolis nullus deferatur, nec fit à iudice deferendum; cum appellationibus frivolis, de appellat. lib. 6. inòd talis appellatio manifestè frivola, & calumniosa potest regulariter à iudice rejici, & (ea non obstantè) ad ulteriora procedere absque attentatore vitio. Bart. in l. 1. §. interdum, ff. à quibus appellare non licet Felin. in c. de cetero n. 11. de re judic. & in c. licet causam, n. 5. de probationibus. Specul. in tit. de appell. §. nunc dicamus, num. 8. vers. siem appellatione pendens. Andreas Barba. in addit. ad Bald. in vers. habet locum in cap. 1. §. sancimus tit. quo tempore miles investit. per. de h. Innocent. in c. dilecti de exceptio. Idem Innocent. & Bald. in c. pastoralis de off. delegati. Abb. in c. consuluit el. 3. de appell. Philip. Franc. in c. ut debitus num. 47. de appell. Socin. conf. 39. col. 6. lib. 4. Guido Papæ dec. 213. statuta n. 6. & in tr. de appell. q. 12. Marant. de ord. jud. 6. p. tit. de app. n. 171. Auferrius in additio. ad dec. Tholo. 500. quæ est fin. ad med. Anton. Corsetus de singul. verbo appellatione, incipit, regula est, vers. limit. 2. seqq. Vantius in tr. de nullis in tit. quoties & intra quod tempus num. 48. & tit. de mill. ex defectu jur. ordinari. sub n. 142. post hotam dec. 75. alias 356. nota quod de appellat. in antiq. Regid. dec. 239. incipit in causa. Parisius conf. 49. ad primum n. 21. lib. 4. Carerrius in praxi crim. in l. trah. de appell. non recipien. ad l. observare eis ibi in princ. n. 7. & 8. C. quorum appell. non recip. Contard. in l. unica C. si de mem. passet. fuer. appell. in 7. lim. n. 45. & seqq. Bertozola in conf. 404. n. 1. & ibi in addit. vol. 4. & in eisdem in addit. conf. 384. l. A. cod. vol. 4. & in terminis ut hujusmodi appellationis frivola iudex Ecclesiasticus non deferens vim nullam committere dicitur, notat noster Gasp. Rodr. in tr. de redditibus annuis lib. 1. c. 17. n. 67. & noster Perez de Lara in tr. de annivers. & Capell. lib. 2. c. 11. sub n. 8. Salgado de Protect. Reg.

Et cum à jure, non omnes modis quibus cognoscitur, & detegitur calumnia appellationis frivola; poterunt diffiniri: propterea iudicis arbitrio esse hoc remissum, scriperunt Marhl. in l. quaestiois modum n. 45. ff. de q. Men. de arbitr. jud. lib. 2. casu 197. n. 7. Casar. Contard. in repet. l. unica. C. si de mem. passet. fuer. app. n. 40. Lancelot. Robert. de attent. 2. p. c. 12. in 6. lim. n. 3. & seqq. Claud. Bertazzo. ad consil. Bert. 201. patris. 348. in add. lit. A. quapropter si iudex (cùm ejus arbitrio hoc sit relictum) arbitratus fuerit appellationem in aliquo casu frivola esse, & calumniosam, ea non obstante, ad executionem procedere potest, ut loquendo in appellatione à decreto torturæ, scripsit B. jurdus ad Clarum in q. 64. n. 85. ubi affirmat, ita servari in statu Ecclesiastico, allegat. Foller. in tr. de crim. in 3. p. princ. n. 50. Prosper. Farin. in tr. crim. tom. 2. q. 38. n. 27. vide n. 57. quomodo hoc arbitrium sit regulandum. Illud tamen potissimum iudex in ea discernenda præ oculis esse habiturus, in quo omnes conveniunt; ut illa regulariter dicatur frivola appellatio, quæ prodesse nihil potest, nec ullum unquam juris effectum fortiri, ita eleganter Geminianus in c. cum appellationibus frivolis col. 2. vers. quæro quid in portet, &c. de appell. lib. 6. Philip. Franc. ibi in princ. Geminianum referens sequitur Marant. de ord. judic. 6. p. tit. de appellat. n. 336. & per Joan. Andr. in elem. si ante, de dolo & contumacia. Rota dec. 58. alias 417. si appellatur n. 5. de appellat. in novis. Rebuffi. in comment. super concord. Franch. in rubr. de frivolis appellat. Lancelot. de attent. 2. p. c. 12. lim. n. 3. & 4. Menoch. de arbitr. jud. 97. lib. 2. cent. 2. n. 5. & 6. (ubi egregiè agit de hac dictione, frivola) & per Gemina. sequitur Mancell. Rodrig. in quaest. reg. tom. 1. q. 8. art. 13. & ex Franch. & Maranta sequitur remissivè ad eos no- 45 litras Gaspar. Rodr. in tr. de annu. reddit. d. lib. 1. q. 17. n. 67. & 68. & hoc etiam in effectu sentit Rolandus à Valle vol. 2. conf. 77. n. 21. tom. 1. dum ex aliis dicit, quòd 46 appellatio, quæ caret effectu, & non habet adminiculum juris, non impedit executionem. Et convenit quod dicit Scaccia de appell. q. 2. n. 50. ad fin. quòd appellatio calumniosa dicitur non solum illa, sed in ejus interpositione appareat talis, sed etiam quæ talis detegitur in fine causæ. Et hoc principaliter potest constare, & apparere ex 47 causa proposta in ipsa appellatione, quæ quidem utique attendenda est, ut rei qualitas cognoscatur, an frivola, frustratoria, ac calumniosa sit, probat Contard. in d. l. unica. C. si de moment. passet. fuer. appell. in 1. p. n. 35. & sequi 48 tur Prosper. Farinac. ubi sup. n. 27. in princ. Et enim illa dicitur frivola appellatio ab interlocutoria; scilicet; in qua nulla exprimitur causa, vel exprimitur minus legitima, seu est reprobata, aut falsa, & quando interponitur sine legitima causa, ut puta, quando quis non gravatur, Corneus conf. 193. pro decisione primi dubii in fin. n. 17. lib. 2. Franc. in c. ut debitus honor. n. 2. de appellat. Maranta in specul. 6. p. titu. 2. in verbo, & quandoque app. n. 327. fol. 509. Casar. Contard. in l. unica q. 1. num. 27. Scaccia de app. q. 2. n. 48. & lib. 1. casularum civ. c. 97. n. 85. Contar. in d. l. unica q. 4. n. 14. Philip. Franch. in d. c. ut debitus honor. n. 11. vers. secundo tenemini, Scaccia de app. q. 2. n. 47. & sub n. 48. dicentes, quòd appellatio legitima illa dicitur, quæ interponitur ex tali causa, quæ si esset probata, reputaretur causa legitima, alias autem ab interlocutoria non tenet. Et ideo per contrarium dicit Marant. ubi sup. tit. de appell. sub n. 345. ubi dicit per Philip. Franch. in c. consuluit el. 3. & in c. de priore, de appell. quòd licet ab actu, qui sit secundum legem, & juris dispositionem, & canonicas sanctiones; iudiceque eas exequente; non licet appellari: tamen si in appellatione inseratur talis causa rationabilis, per quam specialiter in illo casu admitti deberet: pariter atque etiam & ipsa appellatio admittitur, quod declara, ut & nos alibi commodiori 49 loco

loco explicamus, quod pluribus comprobatur exemplis... 374 Contard. & quando apparet evidenter esse calumniosam & frivola: tunc rejiciendam, cum in nulla materia quocumque vadat (jura attentio) potest effectum fortiori, jus liquidum est certum, & universalis, & ubique idem operatur, ex his quae late Felin. in c. exceptionem n. 40. de excep. Menoch. de arb. judic. lib. 1. q. 53. n. 6. & 9. & vide inferius n. 63. & seqq.

Quoniam qui frustra aliquid facit, nulliter facit, etiam ipso jure; voluit Bart. in l. penult. § crimen in fin. & ibi clarus Imola ff. de publici judicis, Subjectus in l. quoniam, C. de adulteriis Dominicus post Joan. Andr. in c. 1. co. ult. in princ. de accusat. lib. 6. Panoimit. in c. ventrens. ol. fin. & ibi Aret. eod. tit. Panoorm. in c. quia frustra. col. 2. de usuris 4. Fulgos. conf. 150. quidam civis col. penult. ver. frivola § 3. Aret. in l. versis exilibus, per illum text. & ibi Ill. in 2. not. ff. de vulg. & in l. centurio col. 9. eod. ubi etiam dicit hanc dictionem (frustra) significare desisse potentiam faciendi, & ibi quoque Ill. col. 10. vers. in ea gloss. ibi, ut modo Alexand. in l. cum eo que & ibi Ill. ad fin. & Jac. S. Georgio C. de transact. Barba. in c. inuentiam, de off. deleg. & conf. 434. scribitur apud Proprietam, col. 2. lib. 1. Alexand. in l. si quis in a col. 2. in princ. & ibi apertius Curtius senior in additio. in suis ff. de verbor. oblig. Felin. in c. Rodolphus col. 2. vers. frustra aliquid fieri, de rescriptis. Corletus in §. regulari, verb. nihil agit, & probat text. in l. si tutor. C. in quibus causis in iur. res. non est necessarius, in d. ubi dicitur C. de iur. vel curat. qui non satis, & in lex concessa §. cum praeior ff. de appell. & in l. si causa, C. de transact. l. tunc si impuberi ff. de test. tui, iudica l. i. C. eod. & l. iuris praeior §. ubi ff. de excusatis.

Et tunc illo in casu jure arbitratur, appellationem esse frivola, calumniosam; quando videbitur in processu, apparere legitima ad torquendum indicia, & ea non fuisse purgata in termino concessio reo ad faciendum suas defensiones, ut & bene considerat Carrerus in pracl. i. r. ad de appel. ad l. observare curabis, C. quorum appell. on recip. §. vigesima primus casus est n. 2. & melius per Foller. in pracl. rim. verb. & si confitebuntur in 2. p. sub n. 50. vers. quod puto esse, & est de mente gloss. in l. 2. ff. de appell. recip. in verbo, si contra. Cyril. in summa crim. rubr. 31. de appell. §. in n. 2. in fin. fol. 70. col. 1. Prop. Farin. ubi supra 2. tom. q. 38. n. 28. qui n. 30. late examinat, an hoc casu iudex debeat esse certus de calumniosa appellatione; an sufficiat, esse in dubio, an frustratoria fit, vel non?

Enimvero supposita à nobis tradita conclusio; ut appellationi frivola jure non deferens vim facere non dicitur, cum eam possit rejicere, & ea non obstant. sine attentatorem vitio queat ad ulteriorem executionem procedere: est utique intelligenda, & declaranda, ut locum habeat, quando appellatio evidenter est frivola & calumniosa, secus in dubio, sive dubium sit juris five facti. Ita Innoc. in c. post raris sub n. 3. vers. an hoc, & ibi Bald. n. 3. de off. delegat. Ill. in l. 1. in 1. not. C. de honor. poss. secundum tabulas, & in l. praes. n. 4. de re jud. Philip. Franc. in c. 2. de appell. c. 5. de appell. in 6. ultra eos, quos allegat & sequitur Contard. d. l. unica C. si de moment. post q. 1. n. 41. cum seqq. Lancel. Robert. de attent. 2. p. c. 12. l. 6. num. fin. allegans Ill. in l. praes. n. 4. ff. de re judic. Animum in praxi jud §. 31. limit. 2. n. 8. in fin. pluribus (loquens specialiter in appellatione à tortura) vide per Farinacium loco proxime citato & vide Contard. ibi, qui declarat, quando appellatio dicatur evidenter, & notorie calumniosa & frivola.

Et ideo cum nuper diximus, quam esse appellationem frivola & calumniosam, relinquitur arbitrio iudicis, dicit Scaccia tractatu de appell. q. 2. n. 50. post Arvar. de Ross. in l. tutor. 4. 1. n. 2. ff. de usuris, quod iudex non debet appellationem arbitrari frivola, nisi eam, quae notorie apparet inutilis, & calumniosa, illamque dici appellationem frivola, quae est manifeste frivola, alias quando non apparet manifeste frivola, sed remanet disputandum an sit frivola, non dicitur frivola, & sic evidenter talis debet constare, ut quando quis appellavit in electione: dices ei etiam esse monoculium, cum appareat contrarium; scilicet, duos habere oculos; vel, quando appellat, ne quis providus, literatus, aut honestus eligatur; aut quando ultra decem dies appellat, Scaccia ubi proxime, & lib. 1. causa civil. & crim. 1. 97. sub num. 85. ubi alia exempla de appellatione manifeste frivola.

frustratorios & superfluos actus, Lunica, C. de thesaurariis d. l. 1. in ff. ad munic. Petrus Surd. ubi supra n. 7. 67 ac ideo dicimus, quod pars quae plenè probavit licite recusat iuramentum sibi oblatum, c. 2. ubi Doctores de probatio. Gloss. in l. adnovebis ff. de iurjur. Ill. in ejus repetitione n. 29. & n. 266. Alexand. in l. manifeste n. 4. ff. eodem Neviz. conf. 7. n. 6.

Ex hac etiam ratione non sunt admittendi articuli imperinentes, quilibet revelantes, cap. cum coningat, de officio delegat. Bart. per illum text. in l. si duo §. idem Julianus ubi Ill. n. 13. de just. & jure Card. Paris. conf. 97. n. 13. i. volum. 1. & conf. 67. num. 14. volum. 4. Craveta conf. 23. n. 4. & pluries in Rota ita fuisse tentum, decisiones referens dicit Flamin. nota de resign. tomo 2. lib. 1. quest. 10. à num. 5. qui dicitur articuli imperinentes, 69 vide Craveta conf. 5. n. 18. Quibus proxima sunt quae optime disputat, & resolvit Perez de Lara de ann. & Capell. lib. 2. cap. 9. à n. 46. usque ad finem: à Patronus 70 evocatur praesentare intra terminum eisdorum, cum habeat tempus à jure 4. vel 6. menium, & quando ad id teneatur, vel quando possit petere eorum prorogationem, alio instante; vel non instante pro probatione, & an sit audiendus petens dictionem prorogationem eisdorum pro tempore, si à jure praefixo ad praesentandum, interrum dum aliquis, quem praetendit praesentare non tulerit, vel ordinetur ordine requisito ad beneficium, vel alias expectentur qualitates, puta, aetatis necessitatis, hve alteri sit jus quæsitum, vel non, vide per eundem ubi multa.

Et quia appellans frustratorius est in dolo, & lata culpa, Bald. in l. iustores §. tutor ff. de administratione tutorum. Bertachi. verbo appellans teneri n. 20. ante ff. ad iudic. officium pertinet, ut illa corrigat, & reformet quae dolo vel malicia fiunt à partibus lite pendente, Bald. in l. 3. C. de appella. in Gregor. Lopez in l. 26. tit. 23. p. 3. gloss. 5. admodum, Matthæus de Afflidis decis. 352. 73 n. 19. ad fin. iudex enim tenetur calumnios obviare, & exceptiones ad intrinsecum, & procurandum iudicium oppositas etiam ex officio reellere, secundum Innocentium in cap. post electionem de concessione praebendae. cum aliis per Foller. allegans in pracl. crim. in verbo si confiscantur in 3. p. 3. parti post n. 50. & per Menoch. de recuper. poss. rem. 1. §. num. 326. & sequenti, & loquendo in appellatione frustratoria, & frivola, ita dicit etiam Farinac. in pracl. crim. 2. tomo, quest. 38. n. 25. & facit quod supra circa descriptionem appellationis frivola dictum est, ut tunc cognoscatur quando nullum juris effectum potest fortiori, & sic ad alios similes huic casus poteris inferre, discurrere & applicare, sed hæc pro exemplo sufficient, cum omnia referre, foret in infinitum progressus.

13.

probationem in contrarium, ex qua ratione & bene... 376 Farin. ubi proxime num. 125. quod in omnibus, in quibus praeemptio juris & de iure recipit probationem in contrarium, in eisdem etiam casibus condemnatus tali praeemptione appellare potest: quales si sint casus, in quibus praeemptio juris & de iure admittit probationem in contrarium, vide exactissime Menoch. de praesumpt. d. lib. 1. q. 61. cum pluribus seqq. ubi etiam, quales sint praeemptiones juris & de iure; condemnatus autem sola juris praeemptione non prohibetur appellari, quia semper admittit probationem in contrarium. Ita Menoch. d. q. 76. in fin.

CAPUT VII.

A sententia declarante, beneficium incompatibile vacasse, mandanteque providere personae idoneae; appellationi interpositae, an iudex Ecclesiasticus vim faciat, non deferens, procedensque ejus ad executionem.

SUMMARIUM.

- 1 Declaratoria sententia, aliquem incidisse in penam ipso iure impositam, an sit necessaria.
2 Clericus privatus beneficio ipso iure per ademptionem secundi an ad declaratoriam sententiam sit necessarius citandus.
3 A pena per legem ipso iure imposita, licet non sit licita appellatio, tamen a declaratoria aliquem in eam incidisse, illam admittit quoad utrumque effectum.
4 Incompatibile beneficium obvenit ob non residentiam an possit de facto spoliari, vel an prius debeat citari, & audiri.
5 Incompatibile obveniens sententia an requiratur definitiva, ad privationem, & an appellationi ab ea deferendum, cernat Senatus Regius auditis per viam violentiae.
6 Appellationi a sententia declaratoria, beneficium incompatibile vacasse per ademptionem pacificae secundi, non esse deferendum, verius demonstratur.
7 Incompatibile beneficium ipso iure vacans potest liberè ab ordinario conferri absque declaratoria sententia, nec citatione possessoris.
8 Possessore privato ipso iure, potest alius eligi absque alia sententia privationis.
9 Beneficium quando vacat ipso iure per obtentionem secundi non est necesse iudicem adire pro sententia declaratoria privationis.
10 Incompatibile beneficium quantum ad juris effectum vacans est, & ideo in eius collatione & provisione nulla requiritur possessoris citatio.
11 Possessor privatus ipso iure per ademptionem secundi incompatibilis si ad collationem de iure vacantis non fuit citatus, tamen possessio facti, & detentio advocari ab eo non potest, nisi citatione praemissa.
12 Text. in c. licet Episcopus de praebend. in 6. explanatur, ibi.
13 Executer apostolicus ad iradendam possessionem beneficii vacantis ipso iure proviso tradere non debet, nec a detentore auferenda, nisi ipso prius citato, quando ad eius provisionem citatus non fuisse.
14 Quod extenditur ad omnes, privatos omnes ipso iure.
15 Dominium licet sit amissum, & publicatum ipso iure, non tamen possessio, quae est facti.
16 Notorie ubi constat, quem esse privatum beneficio ipso iure, vel quando in sententia declaratoria possessor vocatus fuit, aut etiam in collatione vacantis beneficii, ipso iure possessio advocari potest a detentore absque alia citatione.
Et ita procedunt Doctores indistincti tenentes, posse a

- 16 Cause cognitio qua est adhibenda in tollenda possessione a detentore ob vacationem ipso iure, debet esse summaria.
17 Beneficium incompatible cum vacans sit per sententiam legalem, nihil aliud remanet faciendum, quam ipsa nudi facti executio.
18 Sententia iudicis non debet esse melioris conditionis, quam sententia juris, & quemadmodum ab illius executore non appellatur, ita nec debet appellari ab executore juris.
19 & 21 Dejectus per iudicem in beneficio vacante ipso iure praemissa citatione, non est restituendus.
20 Privatus ipso iure sit spoliatus a privato (auctoritate tamen iudicis) restitui non debet, quem excludit exceptio privationis ipso iure.
22 Ordinarius liberam facultatem & potestatem habet a iure providendi beneficia incompatible vacantia ipso iure per pacificam possessionem secundi.
23 Plurima iura canonica ad idem expressa explanantur ibidem appellationem non esse admittendam a iudice, cuius facultati seu libero arbitrio aliquid de iure committitur, omnium receptissima est sententia.
24 Libera facultas dici non potest, quae ab alio dependentiam habet.
(Libere) dictio idem importat quod sine alterius consensu, consensu, interventu, requisitione, seu interventione, ibid.
25 (Libere) dictio importat voluntatem absolutam.
26 (Libere) dictio liberam denotat potestatem in facienda sua sponte & alterius voluntate non regit.
27 (Libere) dictio, ubi apponitur, impedit appellationem, quia idem importat, quod appellatione & praescriptione non obstante.
28 Commissio signata cum clausula (libere expedienda & determinanda) intelligitur appellatio remota.
29 Philip. Franc. declaratur, dum dicit, quod in commissione cum clausula (libere terminanda) possit appellari, ubi iusta causa & ratio appellandi subest.
30 Privilegium aut rescriptum Pontificis, quo conceditur alicui ut causa possit liberè appellare, poterit etiam tertio in ea provocare.
31 (Libere) dictio nec iure nec ratione, nec aequitate aliqua regularur.
32 Contradictio ubi a iure sublata est, pariter & appellatio sublata intelligitur.
33 (Libere) dictio ubi est apposita, intelligitur sublata omnis contradictio, & impedimentum.
34 Liberam facultatem providendi beneficium vacans ipso iure ademptionem secundi cum per jus accipit ordinarius, debet intelligi appellatione non obstante.
35 Sine contradictione alium celebrat, qui potest facere libere.
36 Iura loquentia de privatione beneficii vacantis per ademptionem secundi incompatible iuxta verba quibus utuntur, respiciunt executionem & possessionis avocationem, prout est verbum (illico, absque mora dispendio, &c.) & quae ea sim iura plura explanantur.
37 Moram aut dilationem ubi res non recipit, appellatio sublata intelligitur.
39 Appellatio sublata intelligitur per verba equipollentia, 38. (Illico) dictio significat executionem paratam, nec requirit aliam condemnationem.
40 (Illico) dictio exponitur, id est sine ulla dilatione & significat latam sententiam iure operante.
41 (Mox) dictio idem operatur.
42 Statutum tollens appellationem, debet esse clarum, non turbidum, cum sapienter natura sit etiam strictae interpretationis.
43 Sicut autem in lege, quia per eam tollitur appellatio etiam per equipollentia.

L.

- L. constituto, ff. de appella. interpretatur, ibidem.
44 Dictiones (statim, illico, mox) excludunt appellationem.
45 Opinio Hieron. Gonz. & Gratian. reprobat ut dicentes dictiones (mox, statim, confestim, illico) & similia non excludere appellationem.
46 Dictiones (mox, statim, illico) & similia nullam dilationem admittunt, & intelliguntur sine temporis intervallo.
47 Dictiones (statim, mox) & similia important summariam cognitionem, & non requirunt sententiam.
48 Dictiones (statim, illico) & similia intelliguntur cum temperamento ratione subiectae materiae.
49 Temporis intervallum quod requirunt dictiones (mox, statim, & similia) est ut non statim sententia lata exequatur, sed omnia substantiabilia executionis prout citationes & similia praecedant.
50 Dictiones (mox, statim, & similia) effectum non indigent sententia translata in rem iudicatam.
51 Executorium paritio licet sit statim faciendum, intelligitur tamen civiliter, & cum aliquo temperamento.
52 Executorialium paritionum temperamentum respicit tempus non appellationem, quam executoriales non recipiunt.
53 Sententia, quae declaratur incompatible vacasse per ademptionem alterius, ac simul mandatur ejusdem fieri provisionem, non suspenditur per appellationem interpellam per detentorem utriusque prout decrevit Senatus Vallisoleitanus.
54 Clausula (dimittendi primum incompatible intra duos menses, &c.) adiecta in Bulla impetrationis secundi quomodo intelligenda est, & declaranda, & an ad juris terminos sit reducenda, remissiva.
55 Clausula (dimittendi) an existenti in Curia terminus currat a tempore notitiae capite possessionis in partibus.
56 Clausula (dimittendi) virtute quando possit vel non, ob non dimissionem beneficium imperari, remissiva.
57 Cone. Trid. sess. 7. de reform. c. 7. disponens contra retinentes incompatible procedenda esse appellatione, & inhibitione non obstantibus, dilucide explanatur.
58 Clausula (appellationibus, &c. minime suffragantibus) ut generalis omnia in Concilio contenta comprehendit.
59 Text. in c. 2. requirit 41. de appell. expenditur.
60 Verbum (in praemissis) quo utitur Tridentinum, ad omnia praecedentia refertur, iuxta ejus grammaticalem significationem.
61 Clausula (de praemissis) ad omnia & singula praecedentia refertur de necessitate.
62 Dictio (praemissa) est repetitiva omnium praecedentium.
63 Dictio (supradictis) restringit dispositionem ad superiora, perinde ac si specialiter essent repetita.
64 Dictio (hujusmodi) praecedentia repetit cum omnibus suis qualitatibus.
65 Bulla Pii Papae IV. edita in confirmationem Concilii mandavit omnia & singula decreta ejus observari appellatione remota.
66 Declaratoria sententia requiritur cum praevia causa cognitione, quando beneficium vacat ipso iure ob penam alicuius facti, puta, ob non residentiam, non tamen quando ex iuris dispositione puta ob ademptionem secundi incompatible.
67 Inter vacationem beneficii ipso iure ob penam facti, & ob vacationem, ob iuris dispositionem id dicantur, differentia, & ejus genuina ratio redditur.
68 Sententia declaratoria ubi requiritur in privatione beneficii ob penam non ideo sequitur, quod appellatio sit admittenda, si aliqua specialitatis ratione excludatur, ut in privatione ob non residentiam.
69 Sententia declaratoria incurtus in penam privationis ipso iure quoad appellationis prohibitionem, vestitur ex natura casus, cui adicitur, ut si casus est appellatio Salgado de Protect. Reg.

- 70 Index in declaratoria privationis ipso iure nihil novi agit, sed actum in praeteritum ostendit.
71 Appellari licet non possit a declaratoria admittitur appellatio quoad utrumque effectum.
72 Declaratoria sententia in casu censurarum si sit lata in causa executiva, secundum ejus naturam regularitur, & pariter non recipit appellationem suspensivam.
73 Appellari non licet a pena legis seu canonis, a declaratoria tamen aliquem in eam incidisse, licita est appellatio.
74 Declaratus incidisse in penam si sit convictus & confessus non appellat.
75 Beneficiatus absens monitus & contumax plethiura pena privationis beneficii ob non residentiam, cuius executionem debet praecedere declaratoria sententia definitiva cum causa cognitione, alius erit attentata, & nulla.
76 Declaratoria sententia aliquem esse privatum beneficio ob non residentiam, quando non recipit appellationem suspensivam.
77 Contra non residentem quando proceditur ad privationem beneficii admittitur appellatio, si non praecedat causa cognitio & citatio, & quo decreti genere tunc utitur Senatus Regius.
78 Beneficia omnia etiam simplicia quomodolibet residentiam requirentia, dicuntur incompatible, & per ademptionem possessionis pacificae secundi, vacat primum ipso iure ex dispositione Trid.
79 & 85 Concil. Trid. sess. 7. de reform. c. 4. explanatur.
80 Beneficia simplicia etiam requirentia residentiam per secundi ademptionem inter se non vacare hodie ipso iure, qui teneant.
81 Beneficia simplicia requirentia residentiam sunt inter se incompatible, & per consequens hodie vacans secundum ipso iure ex magis vera opinione.
Text. in cap. de multa, de praebend. interpretatur, ibid.
82 Beneficium simplex non dicitur incompatible, quando ejus residentia non est praecisa & absoluta, sed causativa ratione amissionis fructuum.
83 Beneficium simplex non dicitur incompatible, quando residentia non est continua, sed ad certum tempus, nisi in eodem tempore concurrat servitium & residentia alterius.
84 Navarrus relatus pro contraria opinione explicatur.
85 Auctor valde miratur aliquorum Doctorum cavillationem clara verba, ibi relata Concil. Trid. d. cap. 4. sess. 7. de reform.
86 Concil. Trid. decreti sess. 24. de reform. cap. 17. quod contrarium videtur d. c. 4. sess. 7. de reform. secundum aliquorum suavisam declaratoriam formalis sensus restituitur.
87 Circa incompatibilitatem beneficiorum, & ejus plurimas quaestiones, Doctores qui sunt videndi.

Articulus iste perdifficilis est, quem ad partes examinabo, quorum affirmativam, nempe iudicem Ecclesiasticum vim facere, non deferentem appellationi interpositae a possessore primi beneficii vacantis ipso iure per ademptionem alterius incompatible; probatur primo, licet pena imponatur alicui ipso iure, requirit sententiam declaratoriam, quem in ipsam incidisse, quae nihilominus est necessaria, Bart. in Lejus qui delatorem, per text. ibi, ff. de iure fisci, & Joan. Andr. & alii scribentes, per text. ibi in c. cum secundum leges in S. confirmationis, de haereticis, lib. 6. Joan. Andr. Archidia. Petrus de Anchera. Dominic. & Philip. Franc. in c. 9. de praescript. lib. 6. & in cap. facilius, S. nullus, de penis, lib. 6. & omnes ferè scribentes in cap. 1. de homicidio, eod. lib. Cardin. in clem. 1. in princ. annotat. 14. de penis, & Petrus